



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 4. Epistolæ Schismaticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

tinopolim detulit. Necessaria erat hæc ^{Sæculum V.} industria, quod Nestoriani Constantino- ^{A. C. 431.} poli portus, & vias custodirent, ne quisquam a Concilio missus intrare, aut illud aditus egredi posset.

§. IV.

Epistolæ Schismaticorum.

Schismatici sua ex parte ad Imperato- ^{Synod. Ba-} rem scripserunt, opera Joannis Comi- ^{Iuz. c. 17.} tis usi, sive is Constantinopolim rediit, sive litteras misit, fidei Nicænæ esse in- hærendum, sicut Cæsar's Epistola præscri- pserat. Captata occasione, dicunt duo- decim S. Cyrilli articulos sibi non proba- ri, & imaginarios errores indicant. E- pistolam Acacii Bereensis, ab Imperato- re missam, citant, & addunt: *Hæc ipse optime novit, annum vitæ centesimum decimum agens, quam pro Evangelio pu- gnans exegit, qui pluribus Conciliis inter- fuit, semperque Apollinaristas sibi vicinos habuit.* Et quidem Berea in Syria sita erat æque ac Laodicea Apollinaris pa- tria. Tum Orientales memorant, Comi- tem Joannem nomine Imperatoris sibi præcepisse, ut edicerent, quid de Voce: *Mater Dei* sentirent; suam igitur sen- tentiam dicunt, & Fidei confessionem ponunt, quæ Catholica est, & ea ipsa, quam post hæc S. Cyrillus recepit. Si- mul ad Ecclesiam Antiochenam, id est, ad

Cleri-

e. 18.

N 3

Sæculum V. Clericos, Monachos, & populum scrip-
 A.C. 431. runt, ut, quid Comes Joannes Ephesi e-
 gisset, edocerent, videlicet Cyrilli, &
 Memnonis damnationem Imperatori pro-
 batam, eosque arcte custodiri; eandem
 vero & Nestorii sortem esse, reticent.
 Hortantur Concionatores, ut contra cre-
 ditum Cyrilli errorem perorent, & co-
 teros omnes, ut ab illis caveant, qui ha-
 resin istam Antiochiæ disseminare cupe-
 rent, sed tanquam seditiosos homines in
 Judicum manus tradant. Hæc Epistola
 a Joanne Antiocheno, & duodecim aliis
 Episcopis signata. Ad Acacium Bereen-
 sem quoque scripserunt, & similiter con-
 demnationem, & detentionem Cyrilli,
 & Memnonis memorant, de Nestorio si-
 lent. Queruntur, adversarios suos un-
 dique Epistolas spargere, ut in Civitati-
 bus, & Provinciis Seditiones commo-
 veant.

c. 19.

§. V.

Litteræ S. Isidori Pelusiotæ.

Evagr.l.1.c. Epistolæ, quæ Ephesi contra S. Cyrrillum
15.Ephr.ap. scriptæ, afferebantur etiam S. Isido-
Phot.c.228. ro Pelusiotæ, illustrissimo illius ætatis A-
p.777. Suid. Isidor. Isid. nachoretæ, fidem fecerunt. Is, quam-
l.II. ep. 137. vis natus esset Alexandriæ, reliquam vi-
228. Lib. I. tam Pelusii egit. Sacerdos erat, & pro-
epist.310. fundo Theologiæ studio vitæ Monasticæ
 rigorem jungebat. Plura opera, & inter
 hæc